





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogez. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doussad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinæ gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholæ collegii Dormano. Bellouaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officii auct à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Lacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote


U 68 in-4

1153802502









MANDATUM RECTORIS



OS STEPHANUS JACQUIN, RECTOR
universi Studii Parisiensis, omnibus ejusdem
Universitatis Doctoribus, Magistris & Aca-
demicis Juvenibus, SALUTEM.

QUOD jam pridem non ad Galliæ tantum & Ger-
maniæ, sed ad totius Europæ felicitatem stâbiliendam
exoptabatur; ut Nobilissimæ Orbis universi Potentis-
simæque Domus perenni fœdere inter se conjungeren-
tur; id tandem, annuente, Supremi, per quem Reges
regnant, Dei Providentiâ, cum summo Populorum
gaudio atque plausu, confectum sancitumque intuemur.
Nupserat olim in BORBONIORUM Familiam AUSTRIACÆ
Familiæ Hispana soboles; at ecce nubit & Germanica:
nubit autem eò felicioribus auspiciis, quod non post

ancipites recentis belli casus; sed post expertam utrinque diuturnæ amicitiae fidem: sed postea quam, extinctis jamdudum Augustissimam inter utramque Domum veterum dissentionum causis, quas tandiù gloriæ studium accenderat, remansit una hæc æmulatio, utra novam societatem aut mereri magis, aut pluris facere videretur.

O faustissimas Nuptias! ô ætatis aureæ exploratam spem, pignusque sacratissimum! Omnia jam ab Oceano ad usque & ultrà Danubium socia, cognata & amica: neque tam discreta interfluente Rheno, quam inter se pervia atque continuata.

NON verò Gallis solisque Germanis hæc fausto augurio accipienda. Nam quid non & indè vobis ad privatæ tranquillitatis perpetuitatem sperandum est, ô Vicini quotquot estis Populi, quos tam sæpè alienis motibus impulsos, in medias bellorum tempestates, æmularumque Nationum discordias, aut studia partium, aut pactorum necessitates abripuere? ad vos, ne dubitetis, ad vos boni nostri haud contemnenda pars utique pertinebit; cùm ab Augustis utriusque tantæ Gentis Principibus, quasi è sacro Fonte, profectus amor humani generis, apud omnes Europæ Populos dominabitur.

HUJUSMODI Consilium qui susciperet dignus erat Rex dilectissimus; digna quæ ad id ultrò accederet THERESIA, tot Regum Imperatorumque hæres & æmula. Ambo beare Populos victoriis omnibus anteponunt, ambo quàm plurimùm prodesse mortalibus, maximum & gaudium & decus regum arbitrantur: ambo amari, quàm timeri cupidiores suorum deliciae audiunt; moxque propè incertum futurum est, utrùm à

ſuis, àn à recentibus ſociis, ob mutuū beneficium, magis diligantur.

QUID ſupereſt, niſi ut, quod omnes faciunt, quod omnes facere debent, Academia noſtra optimo Regi felicem eventum gratulata, hujus autorem lætitiæ Omnipotentem Deum enixè flagitet, ut donum hoc ſuum Galliæ proprium eſſe velit, ut optatiſſimum Connubium, quo nititur Ampliſſimorum Imperiorum ſecuritas, cui geſtiens applaudit Relligio, fortunet propitiùs; ut Sereniſſimi Conjuges, quàm ſunt Auguſtiſſimis Avo & Parenti ſimiles, tam ſeſe brevi in futurâ ſobole & ipſi parentes agnoſcant, Genſque BORBONIA ad remotiſſimas uſque ætates, nuſquàm interruptâ ſerie, feliciter propagetur.

UT autem omnium Regni ordinum plaufibus, ſuos adungere liberiùs poſſit juventus Academica, dies Mercurii & Jovis 16 & 17, nec-nòn & Jovis 31 menſis Maii ab omni docendi diſcendique munere immunes eſſe ità volumus, ut nihil ſolitis feriis detrahatur.

DATUM in Ædibus noſtris MARCHIANO-WINVILLÆIS die decimo menſis Maii, anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo.



Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, REGIS, nec-non Academiæ
Parienſis Typographi, in Plateâ Cameracenſi.

